Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8207
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

staterae fiant quoniam una libra elevat mille
per distantiam a centro et varium descensum ma-
iorem et minorem ac quo omnia subtilia
ignariorum ingenia ac machinarum fieri
debeant. Unde arbitror hanc staticam exp-
erientiam ad omnia geometrica perutile esse.
Orator. Satis nunc explanasti causas cur
certi pondera optas per staticam capi et se-
riatim et multipliciter conscribi. Mihique vi-
detur librum illum utilissimum futurum
ac apud magnos sollicitandum esse ut in
diversis provinciis consignentur et com-
portentur in unum ut ad multa nobis ab-
scondita facilius perducamur. Egoque non cessa-
bo undique ut fiat promovere. Idiota.
Si me amas diligenter facito et vale.